



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1663

S. Pancharius M. 19. Mart.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41940

S. PANCHARIUS M. 19. Mart.

Nemo, ô juvenis! nemo rectè duobus Dominis unus fervit. Nempe duos nec amabis, nec amaberis à duobus. Si fidem Christo non habes, ah saltem tibi habe, juventutis habe Principi PANCHARIO. Quid non huic nomen suum promisit? unus Diocletiani furor, qui patriam infestabat, terrebat. Ergo Romam itur. Ah PANCHARI sequeris, non fugis hostem! Aula tamen accipit, opes stipant, honores aulae. Prefectum salutant, ipse Diocletianus amat. Fidem juro PANCHARI, odit tyrannus qui amat. Eheu! vates fui, blanditiis expugnatur cereus animus, & dum fidus regi laborat esse, caelo fit perfidus, Christum, prò? cum Iove mutat. Ite nunc aulae mancipia, ite Principes, fidem aulae habere utrique, quæ fidem frangit Deo. Nunquid rectè iterum illud clamabo: *Exeat aula, qui pius esse cupit?* Exit ecce Pancharius aula, à matre & sorore Christianis castigatus, & pius est iterum, iterum Christum amplectitur, Iovemque damnat, spectante & audiente Diocletiano. Furit hic & verberibus sævit. Hæc tu Panchari, amoris divini in te principia crede. In theatrum abriperis: Spectatores Superos habebis. Exul Nicomediam abduceris. Gaude vel sic aula exiisse. Securi

186 VITÆ SANCTORUM. 19. Mart.
curi feriunt; sanguini innatas. O factum
bene! hanc demum purpuram altera, ad
quam tendis, Aula probat. Ex Menais.

*Sapientia est in pœnitundine peccatorum,
in contemptu presentium commodorum, in
desiderio futurorum præmiorum. Invenisti
sapientiam, si prioris vitæ peccata de-
fleas, si sæculi desideria parvipendas, si
æternam beatitudinem toto desiderio con-
cupiscas.*

S. SIBYLLINA V. 19. Martij.

NATA SIBILLINA Papiæ in Bisconsâ
nobili familiâ D. Dominici tertium
Ordinem nobilitavit. A teneris scelus in-
gens credidit esse, quem sibi horarum
Canonicarum vicem numerum precum
præfixerat, vel semel omittere. Loco
solo cum se inclusisset, non nisi semel ad
Virginem velatam, semel epulo Eucha-
ristico reficienda sponso obviam proces-
sit. Gaudiis tunc inudabat, cum san-
guini, quem ipsa flagris septem annis
quotidie fundebat. Pudorem unicâ ve-
ste & contra æstum, & frigora tegebat.
Nudo indormiebat ligno, suavissimo ca-
stitati thalamo. Annum XII. egressa,
cum oculos corporis amisisset, animi
invenit, & D. Dominicum manifestâ
in luce conspicuum habuit, tantis gaudijs
delibuta, ut jam nollet non fuisse cæ-
ca. Et verò quis unquam plura vel Argus
vidit,